



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 120. Decretum II. de excommunicatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

**Sæcul. XV.** *tali concubinatu procreatos filios apud Pa-*  
**A. C. 1435.** *tres suos cohabitare non permittant.*

Cum vero criminis licentia latius se-  
 peret, eoquod quidam Clerici, etiam Ju-  
 risdictione Ecclesiastica prædicti non mo-  
 do concubinarios coercere negligerent,  
 sed etiam pecuniarios ab eis quæstus  
 percipere non erubescerent, illosque in  
 tanta fæditate fordescere permetterent  
 ideo ad tollendos hosce abusus Synodus  
 ejusmodi Clericis sub poena excommu-  
 nicationis, ac *maledictionis æternæ praecipi-*  
*pit, ne deinceps sub pacto, compositions, aut*  
*spe alicujus quæstus talia quovis modo tol-*  
*rent, aut dissimulent.*

### §. CXX.

#### *Decretum II. de excommunicatis.*

**Labb. Conc.** Alterum Decretum, ut conscientiis ti-  
 20.12.p.551. *moratis, atque anxiis consuleretur,*  
*declarat, quinam excommunicati vitandi,*  
*& a quorum communione in Sacra-*  
*mentorum usu abstinentur. Ipsius De-*  
*creti tenorem exhibemus: Ad vitandum*  
*scandala, & multa pericula, subveniendum*  
*que conscientiis timoratis statuit, quod ne-*  
*mo deinceps a communione alicujus in sacra-*  
*mentorum administratione vel receptione, aut*  
*aliis quibuscumque divinis vel extra, pra-*  
*textu cuiuscumque sententiae aut censuræ Ec-*  
*clesiasticas ab homine, vel a jure generaliter*  
*pro-*

promulgatæ, teneatur abstinere, vel aliquem Sæcul. XV.  
vitare, nisi censura hujusmodi fuerit in vel A.C. 1435.  
contra Personam a judice publicata vel de-  
nuntiata specialiter aut expresse: Per hoc  
tamen, subjungit Synodus, hujusmodi ex-  
communicatos, suspensos seu interdictos non  
intendimus in aliquo relevare, nec eis quo-  
modolibet suffragari.

§. CXXI.

*Decretum III. de interdictis.*

Et quoniam ex indiscreta interdictorum,  
alarumque censurarum promulgatio-  
ne plurima evenerunt scandala, ad illa  
impostorum cavenda Patres in hoc ter-  
tio Decreto sanxerunt, quod nulla civitas  
*Ecclesiastico supponi possit interdicto, nisi*  
*ex culpa talis civitatis seu Rectorum illius,*  
*quæ tamen propter culpam cuiuscunque al-*  
*terius privatæ personæ interdicti nequaquam*  
*possit auctoritate quacunque ordinaria vel*  
*delegata, nisi talis Persona prius fuerit ex-*  
*communicata, ac denuntiata publice in Ec-*  
*clesia, ac rectores civitatis auctoritate Judi-*  
*cis requisiti, hujusmodi excommunicatum in-*  
*fra biduum inde non ejecerint; si vero ejus-*  
*modi Persona re ipsa fuerit ejecta, aut*  
*ad debite satisfaciendum compulsa,*  
*mox divina transacto dicto biduo resu-*  
*mantur.*

M 2      §. CXXII.